



Subscribuntur adhuc infrascripta decreta variar. Congregationum, & variis Supplementis Auctorit.

SUPREMÆ, ET UNIVERSAL. INQUISITION. ROMANÆ.

Decretum.

Fratres Minores de Observantia, Reformati, & Cappuccini declarantur exempti a solutione alimentorum pro iis, qui in dicto tribunali carceri sunt mancipati.

Feria 3. die 15. Julii 1732.

1615 LÆtis literis P. Inquisitoris Regii datis die 13. Jun. proximi, quibus significat PP. Ord. Min. Observ. dicte civitatis recusare solutionem alimentorum, quæ ab illa Inquisitione præstantur P. in carceribus dicti S. Officii detento, & an carceres arbitrio Sacræ Congregationis, ob præsentem sollicitationem in Confessione, damnato, cum perpetua inhabilitatione ad audiendas Confessiones Sacramentales: Et ideò supplicat ei rescribi, quomodo se gerere debeat: Et relato decreto edito die 3. Augusti 1707. & epistola illius vigore scripta P. Inquisitori Arimino in simili casu, nempe Cappuccinos, Fratres Ordin. Min. Observ. & Min. Observ. Retorm. aliosque Regulares, qui diebus vivunt ex elemosynis, non teneri ad solutionem expensarum cibariarum.

Eminentissimi dixerunt, Servandum Decretum editum die 3. Augusti MDCCVII.

NARNIEN.

1616 In causa Narnien. Juris admittendi, & vestiendi Tertiarias, vertente inter Episcopum Narnien. illiusque Promotorem Fiscalem ex una, Conventum, & PP. Min. Observ. S. Francisci Stronconii, illorumque Patrem Procuratorem Generalem ex altera partibus, propositum fuit infrascriptum dubium, scilicet.

An liceat Regularibus Observantæ, admittere Tertiarias ad habitum sine voti, irrequisito Ordinario, & an illorum admisso facta irrequisito Episcopo Narnien. sustineatur in casu &c.

Sacræ Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo Domino Cardinali Bichio Ponente, Partibus auditis, ac re mature discussa, ad supradictum dubium respondit, Affirmative, absque tamen ulla exemptione. Romæ 5. Sept. 1738. = F. Cardinalis Firrao. = Loco ✙ Sigilli = C. Archiepiscopus Damiatæ Secret. =

SAVILIANEN. Monialium exemptarum.

1617 Cum Archiepiscopus Taurinensis contenderet sine ejus particulari, & expressa facultate non licere Monialibus exemptis Savilianis, & cura Regul. Observant. subjeclis, cogere Capitulum pro admittenda ad habitum, vel professionem aliqua adolescentula, acta fuit causa coram Congreg. Episcop. & Regul. à qua emanavit sequens.

Decretum.

Sacræ Congreg. Eminentissim. & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regular. præposita, mature perpensis omnibus rationibus allatis, referente Eminentissimo Cardinali Gotti Ponente, censuit rescribendum, prout præsentis Decreti tenore benigne rescripsit, Pro convocatione Capituli ad effectum acceptandi educandas in monasteriis exemptis, non requiri licentiam Archiepiscopi, sed Abbatissam teneri eidem transmittere copiam authenticam resolutionis dicti Capituli, ad effectum judicandi de ejusdem validitate. Datum Romæ 1. Decemb. 1741. = F. Card. Firrao. = C. Archiepiscopus Damiatæ Secret. =

URBIS, ET ORBIS.

Decretum.

Cum ex frequenti concessione Indulgentiarum pro 1618 ipsis feriis sextis Martii, seu Quadragesimæ frequens pariter sequatur nullitas reliquorum Brevium, quæ de stylo cum restrictivis postea expediuntur: Idcirco eadem S. Congregatio re maturius perpensa, ad tollendas quas-cumque dubietates, ac Brevium nullitates, quibus fideles quandoque decipi possent, die 9. Februarii 1745. censuit: Hujusmodi Indulgentias feriarum sextarum mensis Martii seu Quadragesimæ excipiendas esse, ita ut alias quaslibet impedire nequeant, ac propterea præfato clencho Indulgentiarum exceptorum die 23. Junii 1676. ab eadem Sacra Congregatione edito, addendas esse. De quibus facta per me infrascriptum Secret. die 13. ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sacræ Congregationis approbando benigne annuit. = C. Card. de Hieronymis Præfectus. = A. M. Erba. Protonot. Apost. Secret. =

VIENNEN. in Austria.

Decretum.

Per decreto della Sacra Congregazione dell' Indul- 1619 genze, & Reliquie 20. Aprile 1711. li monasteri di Monasteri de Monache passate, è che passeranno sotto la giurisdizione degli Ordinarij godono l' istesse Indulgenze de' suoi rispettivi Ordini: B per altro decreto de' 3. Decembre 1736. li monasteri delle Monache Elisabettine godono l' istesse Indulgenze: Ed il die 23. Settembre 1741. li Papa audito prius voto ejusdem S. C. il giorno 19. dell' istesso mese dichiarò, & quatenus opus sit concessit ecclesias Monialium Clarissarum gaudere indulgentia Portuicula nuncupata die 2. Augusti per tutti li fidei nel modo, che godono le chiese di tutti gli Ordini di S. Francesco: E finalmente 18. Maggio 1744. dichiarò, che tutte le Monache soggette agli Ordinarij godono l' Indulgenze de' suoi rispettivi Ordini, di cui recitano l' officio, & professano l' Istituto. Et his non obstantibus per parte delle Monache del terz' Ordine di S. Francesco della Congregazione delle Elisabettine della Città di Vienna in Austria fu proposto il seguente dubbio: An Indulgentia generaliter concessa ecclesiis Fratrum pariter, & Monialium, tum in diebus festivis Sanctior. Ordinis, tum in aliis hujusmodi solemnitatibus cunctis, & singule æque lucrari queant à Christianis visitantibus ecclesias Monialium, que Ordinariarum gubernio, & jurisdictioni subvunt? Et Sacra eadem Congr. die 19. Augusti 1747. ad formam alterius decr. diei 27. Februarii 1673. respondit, ac declaravit Gaudere. De quibus facta per me infrascriptum ejusdem S. Congr. Secretarium die 26. ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione Sanctitas Sua votum Sacræ Congregationis benigne approbavit. Fr. Card. Portocarrero. = A. M. Erba Protonotarius Apostolicus Secretarius. Cum vero pro parte Monialium Elisabethinarum præfatarum dubitatum fuerit An ipsæ, earumque ecclesie in præserto favorabilis decreto comprehendantur, ex eo quod licet consueta vota substantialia Instituti, & Ordinis S. Francisci profiteantur, attamen non Divinum vigore præallegati Decreti 18. Maii 1744. sed B. M. V. Officiantur tantummodo recitant. Et eadem S. Congreg. die 5. Februarii 1748. ejusmodi proposito dubio rescribendum censuit: Consulendum Sanctissimo pro benigna declaratione. De quibus facta per me infrascriptum ejusdem S. Congreg. Secretarium die 2. Mensis Martii prædicti anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sacræ Congreg. approbando benigne annuit; ac ejusmodi declarationem, seu concessionem quibuscumque etiam reliquis Monialibus Instituti, & Ordinis S. Francisci Assisinas, earumque ecclesiis suffragari voluit. = Fr. I. Card. Portocarrero Præfectus. = A. M. Erba Proton. Apost. Secret.

UR-

URBIS, ET ORBIS.

Decretum.

1620 Ut pietatis opera in Christiana Republica augeantur, simulque charitatis vincula fideles ipsos magis, hincque obstringant, jamdiu mos invaluit privilegia, indulgentias, aliasque spirituales gratias, quibus patriarchales basilicæ, aliaque ecclesie, nosocomia, archiconfraternitates, & alia hujus generis pia Instituta gaudent, aliis per aggregationes communicandi. Verum cum super hujusmodi aggregationibus plura quotidie emergant dubia, & præsertim, num qui aggregandi facultatem habent, privilegia sibi competentia ampliare sive limitate in aggregatione queant? pariterque an pro suo arbitrio ipsas aggregationes ad tempus, vel in perpetuum concedere possint? Tum etiam utrum privilegium altaris, quo aggregatus fruitur, communicari possit? Neve Christianifideles in re tanti momenti decipiantur, decidenda in Sacra Congreg. indulgentiar. & sacrarum reliquiarum proposita fuerunt sequentia dubia. Primo, An patriarchales basilicæ, aliaque ecclesie, necnon nosocomia, archiconfraternitates, Superiores vjuscumque Ordinis, sive Instituti, ceterique habentes facultatem communicandi privilegia, possint privilegia, & Indulgentias ampliare, & limitare pro sui arbitrio in aggregationibus? Secundo, An aggregationes faciendæ sint ad tempus, vel perpetuo? Tertio, An privilegium Altaris sit communicabile? Et Sacra Congregatio die 5. Februarii 1748. declarandum esse censuit. Ad primum Negative, nisi aliter in Indultis Apostolicis provideatur. Ad secundum Aggregationes faciendæ esse in perpetuum. Ad tertium Negative. De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sacræ Congregationis Secretarium die 2. mensis Martii ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sacræ Congregationis benigne approbavit. = Fr. I. Cardinalis Portocarrero Præfectus. = A. M. Erba Protonot. Apost. Secret. =

URBIS, ET ORBIS.

Decretum.

1621 In Brevibus, quæ pro altaris privilegio alicui Ordini, sive Congregationi concessio, expediuntur, dum de stylo soleant apponi sequentia verba: Volentes igitur omnes, & singulas ecclesias tam erectas, quam erigendas Monach. Cong. &c. vel Fratrum Ordinis, aut Clericor. Regularium, & in quolibet ex dictis Ecclesiis Altare &c. Sicut etiam in Brevibus Indulgentiarum pro iisdem Ordinibus, vel Congregationibus leguntur hujusmodi verba: Universis &c. qui aliquam ecclesiam talis Congregationis, vel Ordinis &c. in æte, vel festo &c. singulis annis devote visitaverint &c. Indulgentiam plenariam concedimus. Verentes nonnulli ex nimia generalitate verborum, tam privilegia altaris, quam Indulgentias plus æquo extendi præter Summotum Pontificum illa concedentium intentionem Christianifideles decipi, tam pro Indulgentiarum consequtione, quam in offerendis elemosynis pro missis in privilegiato Altari dicendis: Idcirco, ut clare dignosci possit, quasnam personas, & ecclesias comprehendant præfatorum Brevium verba, propositum fuit in Sac. Congreg. Indulgentiarum & Sacrarum Reliquiarum dubium. An Brevia tam altaris privilegiati, quam Indulgentiarum pro omnibus ecclesiis alicuius Ordinis, vel Congregationis, aut Instituti Regularis generaliter obtenta respectivas ecclesias tantummodo monasteriorum, & conventuum talis Ordinis, Congregationis, vel Instituti comprehendant, aut etiam alias quascumque, tam parochiales, quam non parochiales ab hujusmodi Ordine &c. sive à Monachis, aut Fratribus, vel Religiosis dependentes, vel respectivo administrari solent. Et Sacra eadem Congreg. die 30. Julii 1748. censuit rescribendum esse: Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sacræ Congregationis Pro-secretarium die 3. Augusti

FERRAS. BIBLIOTH. TOM. XI

ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sacræ Congregationis benigne approbavit. = Fr. I. Card. Portocarrero Præfectus. = A. E. Viccomes Sac. Congreg. Indulgentiarum. = Pro-secretarius. =

ALESSANDRINA.

Eminent. & Rever. Sig. Sig. Patr. Colendiss.

Essendo alli 14. del corrente Messe passato all' altra vita Monsignor Alfonso Miroglio Vescovo di questa Città, e subentrato questo nostro Capitolo nell' esercizio dell' ordinaria giurisdizione, e desiderando di riparare un disordine, a cui ostano patentemente i decreti di cotesta Sacra Congregazione, ci troviamo in dovere, e ci diamo l' onore di rappresentare alle EE. VV. esservi in questa Città sei monasterj, e non più, di Monache soggette alla giurisdizione dell' Ordinario, cioè cinque di rigorosa clausura, e uno senza tal legge, e tutti diretti da Confessori Regolari, a favore de' quali (come da diligente ricerca fattasi ne' Registri di questa Curia Vescovile) nè appare, che siasi ottenuta la necessaria permissione delle EE. VV. nè siasi ad aleuno di essi dal Defonto Prelato spedite Patenti per tal' Ufficio, affine che in occasione di contrario ricorso alle EE. VV. potessero sempre i medesimi essere scusati col titolo, o sia pretesto di Confessori provisionali, benchè uno di questi già da quattro anni successivi ritrovisi in tale esercizio nel medesimo monasterio. Ed essendo in questa Città Confessori secolari, quali per dottrina, zelo, prudenza, e probità di costumi sono in caso di esercitare, come alcuni di essi hanno già per molti anni esercitato lodevolmente tale ufficio, attese le angustie del tempo, che non ci permettono di dare pronte, e costanti providenze in questo affare, abbiamo concordemente determinato di ricorrere alla sovrana autorità delle EE. VV. supplicandole, come instantemente le supplichiamo di dare al Vicario Generale Capitolare de' proximo eligendo quelli Ordini, che stimeranno necessarij, ed opportuni, non solamente per l' osservanza de' sopraccennati decreti di cotesta Sacra Congregazione, ma ancora per uniformarli alla universale consuetudine sopra questo proposito della Chiesa Metropolitana di Milano, e di tutte le altre Chiese. E baciamodogli riverentemente il lembo delle Sagre Porpore con la più alta stima, e venerazione ci protestiamo. = Dell' EE. VV. = Alessandria 16. Aprile 1755. = Umil. Divotiss. ed Obblig. Servitori, Dignità, Canonici, e Capitolo della Cathedralre. =

Reverendis. Sig.

Nel annesso memoriale dato à nome del Capitolo di cotesta Cathedralre vederete quanto per parte del medesimo è stato rappresentato alla Sacra Congregazione. Questi Eminentiss. miei Signori per tanto, atteso il Voto dell' Eminentiss. Perohi hanno commesso alla vostra vigilanza, che dobbiate chiamare avanti di Voi tutti li Regolari Confessori delle Monache soggette alla giurisdizione Vescovile, e da ciascuno di essi vi facciate esibire il documento di sua rispettiva deputazione; e quando non costi di simile documento la legittimità della provvista, non solamente vi sia lecito, ma dobbiate rinoverè i regolari dall' impiego accennato senza veruna dilazione, ed immediatamente deputare allo stesso Ufficio altri Sacerdoti semplici Secolari di grave età, di Vita esemplare, & di sperimentata prudenza, e sufficiente dottrina, e che dagli Esaminatori Sinodali verranno formalmente esaminati, ed approvati ad udire le Confessioni delle Monache. Sarà per altro vostro debito preciso di procedere alla divisa rimozione de' Confessori Regolari senza il minimo strepito, anzi usando tutta la maggior soavità, è circospezione per evitare l' ammirazione del Pubblico, ed insieme ogni confusione, e disordine, che potrebbe tornare à i Regolari. Così dunque eseguite, e Dio vi prosperi. = Roma 12. Maggio 1755. =

Al piacer Vostro = C. Al Card. ec. Cavalchini. = P. G. Guglielmi Secr. = Reverendiss. Sig.

Essendoci osservato quanto con lettera delli 22. Maggio prossimo passato avete rappresentato in proposito de' Confessori Regolari di Monache, giacchè non reggo ciò, che per parte di cotesto Capitolo fu esposto, specialmente in ordine alla copia de' Sacerdoti Secolari abili a sostenere tale impiego. Questi Eminentiss. miei Signori commendando la Vostra prudenza praticata in questo proposito, mi hanno imposto di suggerirvi, che qual' ora vi possa riuscire di deputare qualche Sacerdote Secolare idoneo in luogo de' Regolari, procediate alla deputazione colle circopezioni insinuatevi nella precedente lettera. Quando poi la penuria di tali Sacerdoti Secolari renda necessaria l' opera de' Regolari, dovete onninamente far supplicare questa Sacra Congregazione per impetrarne la facoltà opportuna, concedendovisi in virtù della presente la facoltà di farsi continuare per modo di provisione per lo spazio di due, o tre mesi, acciò in questo tempo possino le Monache conseguire la necessaria licenza, senza la quale non dovete ulteriormente tollerarli. E quantunque alli Parochi, e Canonici sia generalmente vietato l' esercizio di Confessore di Monache, acciò non abbiano a mancare alle loro incombenze, tutta volta in qualche caso, in cui si rende compatibile l' uno, e l' altro impiego, e che possa il soggetto comodamente supplire ad ambedue, sogliono l' EE. loro concedere la dispensa, quando sia richiesta, attesa la scarsità de' Sacerdoti semplici. Ve lo signifi- cato per vostra regola, e Dio vi guardi. = Roma 13. Giugno 1755. = Sottoscritta: Al piacer Vostro = C. Al Card. ec. Cavalchini. =

DECRETUM

S. Cong. Indulgentiis, & sacris reliquiis prepositis.

1623 Ut Christianifideles scire possint, quid sibi tenendum foret per acquirendis Indulgentiis in sententiarum varietate super intelligentia verborum; qui vere penitentes, confessi, ac sacra Communionis refecti ecclesiam visitaverint: quæ in Indulgentiarum Brevibus inseri solent, in Sacra Congregat. Indulgentiis, sacrisque Reliquiis preposita, discussis die 31. Martii proximi præteriti, nonnullis dubiis, eadem Sacra Congreg. fuit in voto, Confessionem Sacramentalem, quando in Brevibus apponitur pro Indulgentiarum consecutione, peragi omnino debere etiam ab iis, qui sibi lethalis peccati consilium non sunt; necnon præfatam Confessionem suffragari etiam posse, si expleatur in vigilia Festivitatibus. Quod autem ad ecclesie visitationem spectat, eam impleri posse, sive ante, sive post aliorum plorum operum implementum.

Facque de iis per me infrascriptum ejusd. Sacra Cong. Secretarium relatione Sanctissimo Domino Nostro; Sanctitas Sua ejusd. Sac. Cong. Votum benigne

approbavit, illudque publicari mandavit, quibuscumque in contrariam facientibus non obstantibus. Datum die 19. Maii 1755. = R. L. Card. Portocarrero Præfatus = A. E. Vicecomes. S. C. Indulg. Secret.

URBIS, ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus N. Clemens Papa XIII. prævio voto Sac. Congreg. Indulgentiis, & sacris reliquiis prepositis, indulsit die 19. Maii 1755. omnibus ecclesiis parochialibus Orbis Christiani altare privilegatum quotidianum ad septennium, quo expleto Sanctitas Sua præcipit omnibus Episcopis, Abbatibus, & Sede vacante, Vicariis Capitalibus pro unaquaque suarum diocesium Parocchia, pro confirmatione ejusdem Privilegii ad septennium. Idque fieri jubet sub unico tantum Brevis, atque vultu; hoc unicum Breve suffragari omnibus uniuscujusque diocesis ecclesiis parochialibus. Ne autem Parochi expensis graventur, vetat omnibus tam Episcoporum, quam Abbatum Vicariis, sub poena nullitatis præfati privilegii, ne quicquam penitus exigant à Parochis, sive pro ipsis certiorandis, sive in expediendis literis pro designatione altaris privilegii in eorum parochiis.

DECRETUM

Sacr. Cong. Indulgentiis, & reliquiis prepositis.

Cum ex veteri more, & laudabili ecclesie institutione 1623 die secunda Novembris omnium defunctorum memoria recollit, eorumque animæ ab universis Christianis delibus, orationibus, elemosinis, aliisque piis operibus, & ecclesie suffragiis, potissimum vero acceptabili sacrosanctæ missæ sacrificio juvari soleant, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII. ex paterna sua charitate erga omnes Fideles tam vivos, quam defunctos, animabus eorum, qui ex hac mortali vita in gratia, & charitate Dei, nondum tamen omnibus mundanis sordibus explatis, decesserunt, de inexhausto catholice ecclesie thesauro abundantius suffragari quam maxime cupiens, ut celerius in Purgatorio poenis liberatæ ad æternam gloriam per Dei misericordiam pervenire valeant, de consilio V. V. S. R. E. Cardinalium Indulgentiis, sacrisque reliquiis prepositorum, universali hoc decreto perpetuis futuris temporibus vulturo benigne concessit, ut missa die prædicta Commemorationis defunctorum à quocumque Sacerdote seculari, vel cujuslibet Ordinis, & instituti Regularis celebranda gaudeat privilegio, ac si esset in altari privilegiato celebrata, decernendo tamen, ut non nisi consuetam elemosynam uniuscujusque Sacerdos pro dicta missa licet privilegiata accipiat, & in ea tantum quantitate, quæ à synodatis constitutionibus, seu à loci consuetudine regulariter præfixa fuerit Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. = Datum die 19. Maii 1761. = N. Card. Antonellus Præfatus. = Loco Sigilli. = I. de Comitibus Sac. Congreg. Indulg. Secr. =

APPENDIX

RESOLUTIONUM SACRÆ CONGREGATIONIS CONCILII.

Continens varias frequentiores causas ab eadem Sac. Congregatione novissime resolutas, ab anno scilicet 1700. usque ad præsens, ex variis supplementis Auctoris.

SARDINIE. Jurisdictionis, in qua ad sequentia dubia.

I. An quando Ordinarii ad vitanda scandala procedunt, non citata parte, nec adhibita causæ cognitione in causis Visitationis, aut correctionis morum, possit Juxta delegatus Apostolicus appellationem simpliciter admittere?

II. An ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine, quod tamen potest reparari per sententiam definitivam, valeat appellationem admittere?

III. An quando appellatur à gravamine, quod per definitivam valeat appellationem admittere, & reparari nequit, ut carcerationis, torturæ, aut excommunicationis, possit appellationem admittere, aut inhibitionem, vel aliam provisionem concedere, non visis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine.

IV. An censura ecclesiastica in appellatam prolatas valeat relaxare, aut nullas declarare, non auditis partibus, nec cognita causa.

V. An valeat absolutioem ad cautelam concedere non citata parte, nec visis actis, nec præstita cautione ab Appellante de stando Juri, & parendo mandatis ecclesie?

VI. An ab executione decretorum Sac. Conc. Trid. valeat appellationem admittere.

VII. An valeat causas in Curis Ordinariarum, vel aliorum Judicum inferiorum pendentes à se avocare, vel illarum cursum impedire sub quolibet prætextu, præterquam per viam legitimæ appellationis fuerint ad ipsius tribunal delatæ?

VIII. An valeat appellationem recipere nisi per publica documenta (quæ realiter exhibeantur) prius constitit appellationem à sententia definitivam, vel habentem vim definitivam, aut à gravamine, quod per definitivam sententiam reparare non possit in casibus à jure non prohibitis per legitimam personam, & intra debita tempora fuisse interpositam, ac prosequutam.

IX. An valeat inhibitionem concedere post receptam appellationem absque insertione tenoris sententiæ, aut decreti definitivi, aut definitivi vim habentis, etiamsi Appellans asserat, culpa Judicis à quo, vel Actuarii, exemplum habere non posse non justificato impedimento, & an in casu possint inhibitiones impune sperni.

X. An valeat appellationes in secunda instantia recipere à decretis, seu sententiis Suffraganeorum, omisso medio curiæ Metropolitanæ?

XI. An in causis de sui natura appellantis, in quibus dictus Juxta processit, valeat appellationem quoad effectum suspensionem denegare?

XII. An, & quæ taxa servanda sit à dicto Juxta Delegato tam in causis civilibus, quam criminalibus pro sportulis, seu propinis?

Sac. Cong. Concil. die 3. Aprilis 1700. distulit propositionem, die vero 24. ejusdem mensis jussit proponi causam in prima etiam unica, & per Delegatum exhibendas esse literas suæ Delegationis; & demum die 15. Maii dicti Anni respondit. Ad I. negative quoad effectum suspensionem. Ad II. negative. Ad III. negative, quoad cognitionem cause in gradu appellationis tantum, & affirmative quoad brevem supersessoriam. Ad IV. negative. Ad V. itidem negative præterquam in casu absolutioem ad breve tempus; & tunc cum obligatione de stando juri, & parendo mandatis ecclesie. Ad VI. VII. VIII. IX. X. & XI. negative. Ad XII. exhibendas esse Ferrar. Biblioth. Tom. X.

taxas tam Ordinariarum, quam Delegati, ut in lib. 50. Decret. pag. 145. 185. & 1224.

PORTUGALLEN. Visitationis, in qua ad seq. dub.

I. An Episcopo, concurrente legitimo impedimento, liceat per ejus Delegatum visitare propriam cathedrallem, & totum corpus Capituli, nedum in temporalibus, verum etiam in Spiritualibus? & quatenus affirmative.

II. An circa impedimentum standum sit soli assertioni Episcopi, an vero teneatur assignare causam legitimi impedimenti.

III. An impedimentum debeat esse continuum, videlicet toto durante tempore à Sac. Concilio præscripto per Visitationem faciendam, vel potius sufficiat, quod sit temporale?

Sac. Cong. Concil. die 15. Januarii 1701. distulit propositionem; die vero 29. dicti mensis respondit. Ad I. affirmative. Ad II. affirmative, quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad III. negative quoad primam partem, & quoad secundam remansit conscientia Episcopi, ut in lib. 51. Dec. part. 13. & 63.

TROJANA. Funerum, in qua ad sequentia dubia.

I. An licitum sit Canonicis, Capitulo, & aliis Parochis dictæ civitatis ducere funus per publicas plateas, quæ non est recta via ducens ad ecclesiam funeris, & præsertim Regularium, & quatenus affirmative.

II. An eisdem Capitulo, Canonicis, & Curato propter hoc aliquid stipendium accipere, seu exigere liceat?

III. An sit licitum dictis Capitulo, & Canonicis ducere cadaver alicujus de regimine civitatis prius in ecclesia collegiata ad officium, & deinde ab illa transferre ad Ecclesiam funeris?

IV. An licitum sit Canonicis, & Parochis aliquid exigere ratione transitus per parochiam, quando funus ducitur ab una parochia ad ecclesiam funeris sitam in alia Parochia?

V. An candelæ gestanda per Canonicos in associatione funeris debeat esse ponderis ad minus quatuor librarum, vel arbitrio hæredum, & an Canonici ultra dictam candelam præterdere possint unum ducatum regni pro quolibet Canonico?

VI. An de dictis candelis debeatur aliqua portio ecclesie funeris, prout etiam de candelis, quæ in similibus casibus gestantur à Regularibus?

VII. An Capitulum, Canonici, & Parochi præterdere, & accipere possint majorem portionem funeralis, quando cadaver sepelitur in ecclesia extra civitatem Regularium, ac extra parochiam, quamvis sitam intra civitatem, quam accipient, si cadaver sepeliretur in illorum ecclesia?

VIII. An interveniente in funere ducendo ad ecclesiam Regularium cruce Capituli cum unico illius Abbate, seu Sacerdote, Capitulum exigere possit emolumentum eo modo quo interveniret totum Capitulum?

IX. An licitum sit Canonicis pro decimis non solutis in vita per defunctum deveniente ad impedimentum sepulture cadaveris dicti defuncti in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 7. Maii 1701. distulit propositionem, die vero 12. ejusdem respondit. Ad I. affirmative. Ad II. negative. Ad III. negative, nisi aliter disposuerit defunctus, vel ejus hæredes. Ad IV. negative. Ad V. negative quoad primam partem, sed remittendum arbitrio hæredum; quo vero ad secundam partem O 2 ne-